

tus, namq; & apud ipsos valet istud antiquum, Οὐδεὶς ἀγέωμέτρητος  
εἰσίτω, & Horatianum (ii) illud,

Non cuivis homini contingit adire Corinthum.

Stulti sepius parentes, hisq; stultiores adolescentes, à divitiis & ho-  
noribus, quibus inhiant, professionem studii Juridici aestumant &  
inchoant, quum contrà à studio & cognitione ejus sedula ac diutur-  
nâ omnes Illipiani, Papiniani & Bartoli, gradutamen vel maximè  
lento ac tardo, fuerint progressi. Sed ita est, Sudores & vigilia in oc-  
culto sunt, Honores verò & opes etiam publicos oculos ferunt, illa pro de-  
relictio habentur, ha/sudores sunt & illecebra, sed reverâ inebra. Recordor  
me olim (12) scripsisse, ac, licet classicus quidem non sim, scripsisse  
yerè, Maxima res, verus Jurisconsultus, haberi

non satis est, nî sit.

Proinde etiam abrumpo, & veniam mihi dari postulo, de Jure Re-  
lato ad ipsas Iurorum cathedras & subsellia vos remittenti, nam *Iu-  
dicia illa, Questiones, Probationes, Actiones*, (vah! quantum pelagus!  
quanti vortices atq; voragine!) me absterrent, quæ nec nostra hæc  
capit pagina, nec theoria umbratica comprehendit.

MEDICI-  
NA.

Ad Medicinam simul & ad finem proprio. Est ea *ars bene curandi*  
*valetudinem corporis, in primis humani*, quam optimam ejus definiti-  
onem judicat Alstedius, quod omnibus Medicina partibus aptari  
possit: quamquam non sit diffundendum, explicatiorem esse eam,  
quam dedit Excellentissimus Sennertus, quod Medicina sit *ars san-  
tatem hominis presentem conservandi, amissam verò instaurandi*. Ars  
verè regia & scientia illustris, nam uti omnes Horatio (13) credimus,

Si ventri bene, si lateri est, pedibusq; tuis, nî  
divitiae poterunt regales addere majus.

Unde & Sirachi filius (14), magna inter Judæos & Christianos auto-  
ritatis scriptor, in eo totus est, ut Medicum & Medicinam in loco  
ponat illustrissimo, *Honora Medicum*, inquit, *digno munere, ut utatis eo*  
*in necessitate, nam Dominus eum creavit, & medicina ab Altissimo exor-*

(ii) Epist. 17. v.38. Οὐ κανῆσ αὐδρός ἐξ Κόρινθού ἐσθ' ὁ πλάγιος. (12) in lessu  
funebri D. Eliæ Zeetschii. (13) lib.I. Epist.12. v.5. (14) cap.38, v.1 seqq.